



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Patriarcharum, Et Christi Jesu Dei Hominis.  
Emanvelis Thesavri Patritii Taurinens. Et Aloysii Jvglaris è  
Societate Jesu**

**Giuglaris, Luigi**

**Francofurti, 1684**

A Discipulo venditur. 42

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38349**

*De Iudea dixerat,  
unus ex vobis Diabolus est, Ioan. 6.*

*Ingens solarium veris  
Christi cultoribus.*

*Prodigalitas avaritiae: Quid vultis  
michi dare, & ego eum  
vobis tradam.*

*Abiens enim laqueo  
se suspendit.*

*Malus utique sibi, qu  
sibi & vitam, &  
Deum eripuit.*

*Apostoli vocati us  
non solum ipsi salu  
tem consequerentur,  
sed ut per ipsos  
& alii.*

*Ponderator Spirituum Dominus,  
Prov. cap. 16.  
Iniquitatis Iudei initia  
ab odio pauperum,  
quibus eripiebat, quo  
in eorum usus  
jubebantur  
impendi.  
Pater enim paupa  
rum Christus est.*

Occasionem sui criminis faciunt.  
At qui ejecerat à Maria septem Dæmonia;  
Octavum hoc molestum illi esse  
Non patitur.  
Ne despôndere animos, sectatores pietatis,  
Accusante mundo  
Patronus est idem ipse qui Judex,  
Et lucri plenum est damnum,  
Judæ displicuisse  
Unde Christo plus placeas.

## ELOGIUM XLII.

### A DISCIPULO VENDITUR.

*Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22.*

Semel prodiga extitit avaritia;  
Inexhaustum unica effusione  
Ligurivit ærarium.  
Dæmens, quæ non minori pretio  
Emeret malum suum;  
Cœca dum non agnosceret crimen,  
Impia dum corrigeret.  
Cariosus Iscarioth,  
Cui bonus unquam esse potuerit,  
Qui fuit usque adeo malus sibi?  
Mercator non melior, quam Apostolus,  
Depeculator salutis suæ,  
Ubi lucrari etiam alienam debuerat,  
Quo vilius venderet Deum  
Ignorantes pretium ejus adivit.  
Mendaces plane filii hominum in stateris,  
Qui ponderatorem Spirituum  
Triginta argenteis vix appendant.  
Profecit per suos gradus impietas;  
Alimenta primum pauperibus abstulit,  
Mox vero etiam Deum sibi.  
Mirari voluerat  
Si potuisset perseverare cum Christo,  
Qui pauperes non amaret,  
Liberalē pietatem.  
Quid.

Quidni ante alios avarus argueret,  
 In quem tota illa profusio declamabat?  
 A dispergente, ne ultra colligeret,  
 A vase fracto ne ultra obdutesceret  
 Monebatur.  
 Ita malus, ut vel à bono depravaretur  
 Unguento;  
 Continuit dentes ab esca,  
 Ut interim morderet insontem.  
 Quia fui erat, & latro,  
 Ne sua quidem reliquit convivio gaudia.  
 Tam lucri avidus, quam non capax,  
 Semper quid vendi;  
 Nunquam quid emi possit attendens  
 Properat urgere facinus,  
 Quod mox tanquam omnium maximum  
 Laqueo coronaret.  
 Pessime de Sacerdotibus judicans,  
 Qui Deum  
 Nisi à se emerent, non haberent,  
 Eorum manus oblata illis re tam sancta  
 Profanat.  
 Demens, qui Deo amissō non quereret,  
 Non quid dare sibi homines possent,  
 Sed quid vellent,  
 Cum Deum non habenti  
 Date quidpiam vel si veliunt, non possint.

Ex Lactantio: Condemnare videtur,  
 quicunque dissentit.

Inde enim sumpsit  
 occasionem calum-  
 niandi pugnaciam  
 effusionem.

*Ioan. cap. 12.*

Potuit unguentum  
 hoc venundari, &  
 dari pauperibus.

Quod enim magis  
 scelus, quam Deum  
 prodere.

Qui volebat iis  
 Deum tradere, supra  
 ponebat esse illos  
 sine Deo.  
 Pondenat illud, quid  
 vultis mihi dare,  
 oblitus querere quid  
 possent.  
 Quid enim habeat  
 qui Deum non  
 haberet.

## ELOGIUM XLIII.

### AGNUM CUM DISCIPULIS COMEDIT.

*Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. Joan. 13.*  
 Hoc qui Cœnaculum subis,  
 Feras & tu aquæ lagenam  
 In ardoris in te excitandi remedium;  
 Ignem omnia spirant,  
 Ubi assandus est Dei Agnus.  
 Huc imbres ipsi è Cœlo si venerint,  
 Flammei sient,

Occurreret vobis homo  
 lagenam aquæ baju-  
 lans, *Marc. 14.*

Alludit ad imbre  
 flammiarum in die  
 Pentecostes.

E

Agnoscit